Domine

R

uire crediderim doctissimos in chirurgia academicos attentionem praebuisse meis observationibus quarum mediocritatem hinersne dum mittere putavi persuasus tamen illas ad meam instructionem laqueibus uestris reflexionibus profuturas tentavi cuer tum qualiter conque res mihi successerit sat contentus quod earum lectura tempus terere libenter nolueritis.

de quarta sic me explico

primo dixi (si consulatur mea epistola ultimo die gravicitatis secundum leges naturae) iis verbis certus naturam ad partum esse dispositam et per tempus et per dolores de ultimis revera tacui obliuione sola

anno quaeritur quomodo se offerre debeat digito orificium internum ad demonstrandam naturae dispositionem ad partum semper credidi operati onem naturae incipere a descensu et motu foetus plus quam ab orificio quod saepe pluribus diebus dilatatum uidi sine doloribus minime credens partum proximum quin imo ei laboranti negavi quando ejus apertura solitaria erat sed cum foetus descensum incepit dolores generat pellit aquas ad extra membranas quae distendunt premitur illis ponderibus orificium tunc fit et laxius mollius minus spissum distentione matricis ad infra dolores a primo foetus motu apparent. in casu de quo agitur siusus sum astringentibus et uenae sectione omnia haec inutilia sed non nociua

iis tantum usus sum ad satisfaciendum confratri meo qui sic assistentibus in
consultatione proposuerat. semper enim certus eram hemorragiam ~~prod~~
produci a separatione secundinarum ab utero et nimia ejus distentione ut
vasa sanguinea comprimi possent quandiu in se contrahi non poterit et sua
contractione illa vasa sanguinis in hoc statu sistendi capacia fierent
sicut scripsi frequenter tentavi orificium (hoc ad litteram non explicatur) colli
enim non soli volebam sed observare volens dessensum foetus et ejus motum
qui augentes dilatationem comprimebant fundum matricis illiusque
vasa hermetice claudebant, augebant dolores, sanguinis copiam hoc sigillo
negabant tunc hoc est momentum quod vocavi pretiosum, et quod otiosus
non expectavi; advenit. cessarunt enim tunc accidentia quae comitantur talem
hemorragiam natura tunc viribus quae illi manebant sufficientes tota
tendebat ad opus suum mater enim optime erat et conformata et generosa
faetumque naturaliter modico cum meo et cauto edidit ipsa virium auxilio

de quinta sic

duobus a partu diebus vocatus ne umbram quidem funiculi vidi fuerat enim
integer a secundinis divulsus in partu primaevo. 2a vero impossibilitatem
judicans separationis secundinarum ab utero per digitum usque ad fundum
introductum duce funiculo putrido et si mulier peperisset nono mense
graviditatis sine ullo morbo extraneo partus.
quod injectiones spectat illas usque ad secundas matrici adhaerentes certus
sum pervenisse per longam fistulam digito directam altius quam orificium
internum et ibi mansisse per tempus ab introductione muliere
supra dorsum cubante et femoribus sursum ductis elevatis. illis tamen
usus sum ut defensivo contra inflammationem in utero metuendam
et ut mollitie in et humiditate earum corpus extraneum facilius ab utero
disjungeretur. et si fumigationes de quibus agit Dominus
haec in utillimae essent mulier statim ad eas recipiendas vires debilis
erat sustinuisset.

de secreta sic

incertitudo graviditatis pendebat a privatione motus infantis per
totum tempus graviditatis ab altitudine foetus post exitum aquarum
tanta ut ad eum digiti pervenire nunquam potuerint neque unquam
post illarum egressum ullum signum motus dederit. et ut notare est in mea
epistola (tenuissimus erat, ostendens figuram quadrimensis tantum
ideoque secundinae illius exiguitati respondentes exiguae esse debuerant
his ita positis (ut fuerant sunt) praesentiam foetus solum cognovi post
aliquot lentos dolores qui cum tactui obtulerunt tum per eas promus ad
descensum incepit et effectis via lata foret sed non ad fundum qui se in se
exitu aquarum contraxerat circa infantem.

haec explicabat eadem desiderio discendi a magistris nostris

tibi et omnibus

Domine

Addictissimus humillimus
discipulus et servus claudius
macé magister in artibus
fac paris anno Dni 1745°

si j'ay pris sur la liberté d'envoier la premiere fois les
observations aux quelles vous aves la bonté de faire
attention envoiés l'auray a cause deux jours devant
nos confreres m'avoiens demandés pour lieutenant par une
lettre je voulus soutenir la politesse qu'ils me faisoint par
la qualité de maitre es arts que j'ay seul dans tout le corps
mais la providence en a disposé autrement a qui me fit plus de

amonsieur

Monsieur Bassuel secretaire pour les correspondances de l'academie royalle de chirurgie rüe du sepulcre faubourg st germain

a paris

lhonneur que o n'en mertois sans quoy jus gardé un silence qui est menagé notre tems pour choses plus utiles

[illegible]

de exfoliatione ossis cariata

anno 1728 dominus poulin civis noster annos septuaginta natus trabe ingenti percussus fuit in crure parte anteriori media ita violenter ut cum ruri degisset per quindecim dies abiectus, in urbem reducem inveni cum eschara rotunda sicca et nigra cujus diameter erat ad minus quindecim linearum super cristam peronei. tunc totis viribus ad separationem escharae suppuratoriis incubui qua ablata partem ossis illi subjectam omnino membrana denudatam intuens vulnus curavi cum turundis illud implentibus ne clauderetur ante exfoliationem quam expectabam praecipue propter antiquam aetatem aegri. 4a die videns os aequaliter album numerum turundarum minui. 6a per foramina ossis vidi filamenta carnea quae meum curandi modum mutaverunt ad tentandum opus quod natura mihi videbatur incipere. postera die crebriora et crassiora filamenta carnea videns et vulnus restrictum illud simpliciter et plane curavi et sic tam feliciter devicta antiquitate et intemperie aeris nostri in similibus casibus duodecimo die plane et omnino curatum fuerit.

de modo singulari et simplici quo os gutturi infixum in stomacum decidit.

Essedarius sin pane et brassica esurie famelicus cum illis voraret frustum ossis quod ita infixum gutturi remansit ut dolore maximo et respiratione quasi totaliter privatus me advocaverit. impotens vel stellâ os per labra reducendi omnibus aliis viis in stomacum pulsandi tentatis vacti liter ipsi consilium dedi ut in equum ascenderet vel maxime succussatorem. quod fecit de successu incertus. ducentis vix gradibus ab equo succussatus multum hilaris et sanatus ad me revertens. haec idea a pluribus ridebitur est tamen et vera et felix et ubique potest ad praxim reduci cum sit ad praecipitationem corporis extranei apta

facile sanatur vesicae urinariae per membranas lacerata

viginti circiter annis lignarius artifex in altissimam morum ascensus subito cecidit super perdimina eculum quo dislaceravit omnes partes a cute usque ad membranas vesicae. vulnus enim erat inter os ischion et glandes inguinales. latere dextro ita penetrans ut secundo apparatu linteamina invenerim urinâ madida quo eventu observato vulnus dilatavi propter aretiorem ad extra figuram: et monui aegrum ut urinam retinere usquedum vocatus advenirem serotinis horis. quo facto cum catheterem inire dixissem et rectum stare donec vulnus deligassem eodem instanti urinam per vulnus tam abundantem fudit ut semen integrum et crus madida fuerint copiâ urinae quae usque ad latere cubum pervenerit. quoniam vulnus curavi remediis aptis. per quatuor tantum dies urinam per vulnus vidi, membranas vesicae consolidatas iudicans, vulnus plane curavi usque ad decimum sextum diem quo omnino usque ad cutem sanatum.

De partubus

tam docte et convenientes naturae legibus in hac operatione differit et experimentis probat dominus p... sententiam cuius ex multis abhinc annis firmiter adhaeseram ante editum illius opus ut ejus lectio mihi gratissima fuerit. observavi in pluribus puerperis felicem ... quam monstrat successum.

inter plurimas in nostra civitate mulier vestium interpolatrix ultima die graviditatis secundum leges naturae, tam abundante hemorragia uteri fuit correpta circa horam quartam matutinam ut servitans orificium internum crediderim foetum educendum violenter. attamen reflexione renae sectionem duplicem et astringentia per os adhibui quae ad minimum sanguinem retinuerunt usque ad sextam post meridiem horam postquam per intervalla apparuerunt lypothymiae sudores frigidi et glutinosi convulsiones usque ad octavam a qua omnia accidentia cessarunt. redit perfecta cognitio. secundum religionem administrata fuit. frequenter et leniter tentans vulvae dispositiones inveni momentum pretiosum a nostro auctore sic annunciatum quo natura pellens foetum minuit hemorragiam auxit dolores. dedi matri foetum vivum ad extra quem necare potuissem violento agendo et optime habet et hic id a duobus circiter annis evenerit.

de secundinis

pauperculo mulier opus alterjus ad foetum educendum imploraverat libertata fuit infante. duobus a partu diebus vocatus fui ad extrahendas secundas. impossibilitatem operis videns propter ipsarum firmiorem fundo matricis adhaesionem multiplicatis quae narrarum sectionibus dysteribus injectionibus in matrice per longam et septam fistulam intromissis emollientibus histericis et

vulneravis frequenter. quinta die convulsiones per quatuor horas frequenter redeuntes massam secundarum tam opere naturae quam irrigationibus expulserunt a fundo ad orificium tam leniter et facile digitis duobus totam extraxerim. cessaverunt mox accidentia. leniter pristinae sanitati restituta fuit. duobus post annis de novo parturiens iisdem accidentibus subjecta iisdem remediis liberata fuit.

de iisdem

anno proxime elapso honesta mulier mercatrix a tertio mense graviditatis ad nonum frequenter me consuluit anxia quod per totum tempus nullum foetus motum sentiret. nono hoc mense a pedibus usque ad pectus intumuit non alterato oris colore neque appetitu. nocte ante partum sine ullo dolore tam celeriter in lecto et antequam excutere potuerit ad minus quindecim libras aquae limpidae e vulva effudit tunc vocatus via facta scrutans matricem incertus mansi per plures horas an superesset conceptio. post id tempus descendit paulisper foetus tenuissimus qui a natura expulsus mortuus quadrimestris tantum apparebat. tunc ad secundas progrediens ipsas et adhaerentes et putridas usque ad finem [illegible] sorum umbilicali cum idem periculum et supra in utero eadem agendi norma usi fumus consulendo pluries usque ad septimum diem quo cessaverunt accidentia secundis per suppurationem utero redere fas egressis pars enim major quae apparuit per totum tempus fuit ad decimam totius partem. exe inde cessaverunt accidentia de die in diem et bene habuit a vigesima die usque nunc.

his fretus observationibus tamen non tam confido qui non omnes alias vias educendarum secundarum tentem sed quando tota educere non possum credo felicius succedere committere naturae exitum totius integri quam partis. quia tunc potentius agit quam si corpus ejiciendum mole minima esset.

hoc attentione tua si non digna fortasse) observabat addictissimus et humillimus tibi aureliae chirurgus municipalis et magister in artibus facultatis parisiensis. Macé

ces observations ont esté envoyées a M. de la Peyronie pour l'academie par M. Matté maître ez arts de Paris et chirurgien d'Orleans

Mémoire de chirurgie a envoyer a Mr. Levin

Cecy sera joint aux Eclaircissemens qu'envoyera Mr. Macé